

1576^a

G. J. Klügel

ad Weidleri Astronom.

p. 179.

In Edit. graeca Ptolemaei et Theonis apud Waldorum
Basil. 1538 textui Ptol. praefixa est praefatio Simonis
Grynaei ad Henric. VIII. R. Angliae et textui Theonis
praefatio Ioach. Camerarii ad Senatum Noribergen-
sem. Grynaeus non docet, ^{ad quem} ~~unde~~ ~~est~~ codicem, ~~ad~~
~~quam~~ editionem suam recensuerit; Camerarius narrat
Io. Regionontanum codicem Theonis (uti videtur) Nori-
bergam attulisse, e quo ipse editionem suam paravit.

— Theonis Commentarius in L. III. deficit, in cuius
locum substitutus est Nicolai Cabasilae a pag. 131-194.

In V. Ptolemaei insertus est Pappi Alexandr. Commen-
tarius, quantum quidem huius superest. Agitur in hoc
de Constructione Astrolabii ~~et de a~~ p. 231-234;
habentur etiam quaedam de motu lunae p. 234-256.
Hinc inserta sunt quaedam Theonis p. 237-244,
quae rursus excipit fragmentum Pappi p. ~~256~~ 257-
272, in quo de constructione instrumenti paral-
lactici. Theonis Commentarii progrediuntur
ad L. X, quantum video absque lacuna, nisi
quod versus finem Commentarii in L. X. defectus
notatur. In XI. non adest; deficit quoque pars
Comm. in XII ab initio. In XIII. adest.